



**BREVIS|| INSTRVCTIO|| AD CORROBORAN-||DOS AC  
IVVANDOS MO-||RITVROS, EOS PRAESERTIM|| qui ob  
flagitia sua, publica Iudi-||cum sententia morti ad-||dicti  
sunt:||**

**Isella, Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1588**

**VD16 I 344**

Articulus XI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60044](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60044)

60 INSTRVCTIO AD

His , similibusque amplificationibus addi potest afflictio animus , vt statuat voluntariè pro amore sui Domini Saluatoris mori , cum persuasione , quod tandem omnia recident in suā utilitatem . Etenim Dominus non eget bonorum nostrorum ; sed tantus est amor eius erga nos , & in tantum optat bonum nostrum , vt quicquid faciamus pro salute animæ nostræ , id acceptet , remuneretq; non aliter , quā si sibi factum esset . Addi etiam potest meritum , quod ( si voluntariè moriatur ) habiturus est , fore maximum ; quod autē ille oblatus est , nihil erit : vita namque semel , quocunq; id fiat modo , est amittenda : estque in potestate & manu Domini , illud quocunque velit momento auferre .

*Articulus XI.*

Christus mā  
ser eius &  
sancti intro-  
ducantur cū  
captiuo lo-  
quentes .

Vt autem captiuus magis mouetur ad oblationem hanc spontaneam , potest introduci Dominus , quasi cū eo colloquens , eumque ad voluntariè moriendum inuitans : ipse namq; triginta annis laborauit pro illo , & tot pœnas sustinuit , possuntq; in persona Domini omnes illæ pœnæ speciatim enumerari ; quas tempore suæ passio-

IVVANDOS MORIENTES. 61

passionis tolerauit. Potest etiam introduci sanctissima Christi mater, vrgēs & instans, vt captiuus se conformem faciat voluntati sui filij, doceatque, quām iustis titulis debeat illi obtemperare, quæ ad salutem mundi benedictum illum & suauem vteri sui sacratissimi fructum protulit; quæ est Aduocata nostra, & intercedit continuè pro nobis, quæque suis precibus nos semper ab insidijs & impugnationibus Diaboli defendit.

Potest introduci & Angelus custos eius, persuadens illi ad mortem voluntariam, commemorando, quanta cum diligentia, charitate & patientia illum tanto tempore custodiuit; quomodo defendit illum à Dæmonibus, & liberauit à multis periculis.

Introducantur omnes Sancti; specialiter verò Martyres, qui exhortentur illum ad fortiter mortem oppetendam pro Domino, quomodo & ipsi mortui sunt morte crudelissima, & sine culpa faciant mentionē, quomodo semper intercedunt pro illo, quodq; amāt illum eum in modū, vt nunc quoq; gaudeant, eum & pœnorum & meritorum fore participem.

Finita

## 62 INSTRVCTIO AD

*Via æmula.  
die addēda.* Finita hac consideratione , ostendant Fratres, se sancta quadam vri æmulatione, ipsique captiuo quodammodo inuidere, quod moritur , quomodo mortuus est eius Dominus , & tot sancti Martyres: quod tempus habet se præparandi tam præmeditatū: quod securus est , se non moritum ex improviso , & quod habet occasiōnē (vt diximus ) gratificādi Domino Deo, B. Mariæ Virgini, Angelo custodi, Sanctis alijs , totique cœlesti Curię, qui omnes desiderant , & promouebunt eius salutem suis intercessionibus , si mortem solūm constanter & prompto animo velit sustinere.

Potest etiam his subiungi; Quod si secus fecerit illum debito suo non satisfactum , & tanto merito priuandum : Dæmones gauisuros qui nihil aliud optant , nihil magis cupiunt, quam perditionem eius: & cōdemnabitur cū illis ad pœnas Inferni sempiternas.

*Articulus XII.*

*Christū B.  
Mariam, San  
cosq; om-  
nes captiui  
animam ex-  
p̄cere.* Admonendus est postea captiuus, vt à prædictis considerationibus oculos suos non nihil auertat , eosque ad fidem tollat, & videat, quomodo benignus